



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1634

Brachyopoeia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

Latine dicitur *dissolutio*, vel *inconnatio*. *A-syntheticum* autem, modo per singula verba fit, *æra*, manus, naualia demus. Et, hæc eadem *Acnea*, terram, mare, sidera iuro. Modò per plura verba, & per ea, quæ Græci vocant *ἁόλα*.

Densque, quid vester serui uehat, unde sero nas

Ventus agat nubes: quid cogitat humidus au-

ster,

Sol tibi signa dabit.

(Et) --- *nube caua speculantur amicti,*

Quæ fortuna vires, classem quo litore lit-

quant.

Quid veniant, &c.

Auxesis.

Vehemens rei amplificatio. Vt 2. Philipp. O rem non modo visu scèdam, sed etiam auditu, si inter canam in tuis illis immanibus poculis, hoc tibi accidisset, &.

Brachyopsis.

P. Rut. *Sup. p. 9.*

Hoc fieri solet, cum orator breuitate sententia præcedit auditoris expectationem. *Ly-fia*, *Quæres à me*, qui iure obtinere possim, quo iure mihi *Poliænus* reliquit, quo iure prætor dedit possessionem. *Leges* me defendunt, ad te non pertinent, hi veritatem sequantur. Item eiusdem. Sed nos æquum est voluntatem dispicere. Nam consilio valuit, fortuna lapsus est: homo fuit, factur, concedendum non omnia posse; hoc enim Deorum est proprium.

Characterismus.

P. Rut. *Lup. p. 3.*

Quemadmodum pictor coloribus figuras describit: sic orator hoc schemate, aut vitia, aut virtutes eorù, de quibus loquitur, deformat. *Lyconis*, quid in hoc arbitrer bonæ spei reliquum residere, qui omne vitæ tempus vna, ac desperatissima consuetudine produxit? Nam simul atque ex prioribus horis diei, nimia cibi, ac vini satietate vix meridiano tempore, plenus crapula est expectectus: primum, oculis mero madidis, humore obæcatis, visu grauidis, lucem constanter intueri non potest: deinde confectis viribus, utpote cuius venæ non sanguine, sed vino sunt repletæ, se ipse erigere non valet: tandem duobus innixus, languidus, qui cubado sit defatigatus, tunicatus, sine pallio, soleatus præ lectulo, palliolo frigus à capite defendens, flexa ceruice, summifis genibus, colore exangui, protinus ex cubiculari lectulo excitatus, in triclinium trahitur. Ibi præsto sunt quotidiani, pauci codem

studio excieati contiuæ. Hic verò princeps paulum illud reliquum, quod habet, mentis ac sensus, poculis extrudere festinat, & eos bibendo prouocat, & lacessit, perinde, ac si in hostium prælio, quam plurimos superarit, atque afflixerit, amplissimam sibi victoriam paratam existimans. Interea procedit simul, & illud tempus, & potatio: oculi vinum lachrymantes caligant, ebriosum ipsi, vix e-brij cognoscunt: alius sine causa iurgio proximum lacessit: alius somno deditus, vi cogitur vigilare: alius rixari parat: alium turbas vitantem, ac domum reuerti cupientem retinet ianitor, pulsat, exire prohibet domum, interdicitum demonstrans. Interim alium contumeliosè extra ianuam eiectum, vacillantem puer sustentat, ac ducit, pallium per lutum trahentem. Nouissimè solus in triclinio relictus, non prius poculum ex manibus emittit, quam somnus oppressit bibentem, ac dissolutis artibus, ipsum poculum suapte natura dormienti excidit.

Catachresis.

Abusio vocis, vt, equum ædificant.

Catars.

κατάρσις, execratio, vt, *Dij te perdant, fugitive.* Eadem Ara.

Charientismus.

Siue *scomma*. Hac figura fit festiua dictio, cum amonitate mordax, vt apud Ciceronem, infirmo corpore, atque ægro colore, vt ipse iudicare, &c. Et apud eundem: facite enim, vt vultum ipsius, & illam vsque ad talos demissam purpuram cogitetis.

Jul. p. 24.

Κιασόν.

Apud Scholiasten Aristidis eadem est figura, ac *chiasmus*, decessatarum, scilicet sententiarum textura, vt, *Doctorum sanctissimus, & Sanctorum Doctissimus.*

Chlensismus.

Siue *epicentomesis*. Hac figura risum excitat, & Idem. seuerè proposita vafre excutit, eludens personarum, aut rerum comparationem. Vt apud Virgilium, meque timoris Argue tu Drance. Apud Ciceronem. Quasi verò, ego de facie tua catamite dixerim: vel alias potuisset contumeliosius facere, si tibi hoc Parmeno peraliquem, ac non ipse Parmeno nuuississet. Est vt apparet ironiæ species.

Clasicon.

κλατικόνος χῆμα est inuocatio, vnde *κλατικόνος ἕμνοι*, hymni ad Deorum opem inuocandam, P. 2